Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



21

quamquam & hanc honorem opinionis ab hominibus eis esse dilata
tum non dubitauit publice dicere cum de romulo loqueretur.
Qui hanc urbem in quid condidit romulum ad deos immortales beni
uolentia fama q; sustulimus. Quid igitur mirum. ē. si hoc
fecerunt antiquiores homines de ioue & saturno & ceteris
quod romani de romulo quod denique iam recentioribus
temporibus etiam de caesare facere uoluerunt. quibus
etiam uirgilius adulationem carminis addidit dicens ecce ei
pcessit caesaris astrum. Videant ergo ne forte historica
ueritas sepulchra falsorum deorum ostendat interitus.
Vanitas autem poetica stellas eorum non figat sed fingat
in caelo nequeenim reuera stella illa iouis. ē. aut illa
saturni. sed post eorum mortem sideribus abinitio mundi
conditis. haec nomina imposuerunt homines quillos
mortuos quasi deos haberi uoluerunt. de quibus quidtan
tum malicastitas aut quidtantum bonis uoluptas commo
ruit utinter astra quae cum sole & luna circumeunt
uenus habeat stellam & minerua non habeat. sed fuerit
& cicero academicus incertior quam potest qui sepulcra
deorum commemorare ausus. ē. litteris q: mandare.
Quamuis hoc non ex opinione ppria praesumpserit sed ex
ipsorum sacrum tra ditione commemoraverit. numquid
& uarro uetustissimus academicus dubie ponit quod dicit
talium deorum sacra excuius q: eorum uita uel morte qua
inter homines uixerunt uel obierunt eis secom posita.
Num quid & leon ille sacerdos aegiptius post illa uel acade
micus fuit qui macedoni alexandro diuersam quidem
a gregorum opinione istorum deorum originem.
Verum tamen trap dit uitos hominis fuisse declarat.
sed quid ad nos dicant. sed iouem non hominem mor
tuum colere nec homine mortuo capitolium dedicasse.
sed spiritui uiuificanti omnia quo mundus impletur.